J. H. 25,70.

Ya 4359

MEMORIAM SCHOLÆ ET GYMNASII ISINACENSIS SECULAREM PRIMAM

Auſpiciis & Munificentiâ

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI

IOHANNIS WILHELMI,

Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Angriæ & Weſtphaliæ, Landgravii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ, Principis Hennebergiæ, Comitis Marcæ & Ravensbergæ, Saynæ & Wittgenſteinii, Domini in Ravenſteina,

Principis ac Domini ſui Clementiſſimi,

SOLENNI CULTU RENOVATAM

puro Chronoſticho-Acroſtichicoque JUBILO

GyMnaDos hæC CVrrat FestIs reparatIo sIgnIs:

cui de Scholæ Iſnacenſis in Divum LUTHERUM meritis, ejusdemque in eadem Civitate Lin: maternæ Cognatione LINDEMANNIANA pauca quædam ex Hiſtoria patriâ annectuntur

adjecto Hymno M. CYR. LINDEMANNI Goth. olim Rectoris ſcholari

devotiſſimè colebat

IOH. GEORG IUNCKER

Reipubl. Patr. Baldricoshuſanæ Conſul & Advocatus, nec non Judicii Ecclef. ibid. Infer. Adſeſſor.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

anno quô

IsIDIs Vrbs sIt Fonte sChoLæ per teMpora fLorens. 1709.

GOTHÆ, Litteris Reyherianis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-717081-p0001-1

GYMNADOS HÆC CVRRAT FESTIS REPARATIO SIGNIS
Yſiacæ Decus & Sol, JAN WILHELME, Tiaræ,
Magnanimô WITEKIND REGIS ſate ſanguine PRIN-
CEPS.
Namque DEI Bonitas eſt grandis, in Iſidis urbe (a)
Alma quod excellat fortis Doctrina LUTHERI (b)
Devotis ſuffulta Viris, curâque SCHOLARUM,
Orſa tot HEROUM quas olim Dextra levavit;
Stipeque, CELSE DUCUM, Tua Munificentia firmat.
Haud etenim clausô reticebit corde Vetuſtas,
Æqua dedit quot abhinc FERRARIA præmia Muſis?
Cæptaque JAN CASIMIRE ſacræ tua munera dextræ,
Centum diſcipuli queîs TE venerantur ab annis?
Viles, quas JAN ERNST, ALBERT, WILHELMUS & ADOLPH
Rurſus WILHELMVS, PATER & GERMANVS utrique

Retrò

(a) ISNACHEN Civitatem, aliis FERRARIAM à fodinis ferreis & aqua dictam (quam tamen derivationem Urbis Sigillum & vox NACHE manifeſtè diluit) inter Europæas urbes antiquiſſimam, originem ſortiri ab ISIDE ejusque navigii Sacro, cujus Signum in modum Liburnæ figuratum invectam docens Religionem cultumque à Svevis illorumque Duce Svevo, Gambrivii filio, Conditore, quo tempore Iſis ad Tuiſcones Veteres Teutoniæ populos nave delata, telluris culturam morumq; gentes docuit, qua propter & Liburnæ Signum apud Romanos menſe Martio ſacris cultum, nuper in Memoria SERENISS. ἐν ἁγίοις HEROIS, SAXONIÆ PRINCIPIS & GENERALIS LOCUMTENENTIS DN. JOH. WILHELMI ex Tacito & Fabritio imprimis verò antiquiſſimo de aõ, 1200. jam conſveto majori Sigillo docui, circa quod notanda verba:

SIGILLUM PREFECTI ET BURGENSIUM de YSHNACHE, ubi vox NACHE Liburnæ Iſidis ſignum apertiſimè prodit, originisque præſumtionem claram reddit: Cui & rei multi quoq; Indigenæ Clari Isnacenſes adſtipulantur, imprimis verò CL. PolyHiſtor olim & Paſtor Chriſtoph: Winerus Lupnicenſis in Urbe ſcholâque Iſnacenſi nutritus, ubi in TUMULIS ſuis de Michaele Purgold, Ducis Joh. Wilh. Wimarienſis Secretario 1568. mortui canit: ISISTE genuit, dederat Jove nata Minerva ingenium &c. Hinc memorabiles Civit. origines, totamque ejus Hiſtoriam Nobiliſſ. & Ampliſſ. DN. RECTORI, VIRO hac in re ſummè docto M. Chriſt. JUNCKERO Amico meo, & Fautori jugitèr honorando, utpote Henneb. Hiſtorico relinquo evolvendam, qui & de *Sereniſſimis* Scholæ & Gymnaſii ſibi crediti *Nutritoribus* in pauperes athletas *benigniſſimis* aſpectu & invento delectabile & ingenioſum *Numiſma ſeculare* orbi literato propoſuit, audacemque eo ipsô me fecit, ut lineolas haſce quamvis viles in qualequale Memoriæ contulerim Symbolum.

(b) Scholæ & Gymnaſio Isnacenſi piisque olim Præceptoribus Johanni Trebonio Grammatico egregio, & Wolfg. Oſtermeyero Theol. Doct. cui; Canenti aures ſemper movebantur, Divum Lutherum debuiſſe plurimum, Civitatemque ejusque Cives ob id ipſi percharos fuiſſe docent ipſius verba Tom. Jen. 5. fol. 181.

R etrò JAN GEORGI, Gymnaſtas ſæpè tulerunt
A rrhas in miſeros, quis ſanus quæſo putabit?
TE verò memores ſcribent in ſecula faſti
F ULGIDE TEUTONIÆ PRINCEPS, HOS PRIME tot inter
E xornes quod adhuc cumulis Bonitatis Alumnos,
Sponteque GYMNASIVM REPARANS Diſcentibus adſis,
T otus in id fervens, quò culta SIONque SCHOLÆque
I nclytus ut meritis PATRIÆ PATER. Hinc SACRA PUBES
S ub memori celebrans hæc ſerva Pignora ſenſu,
R eſpice *Seclorum* novus hic qui naſcitur Ordo,
E t mentis fer thura DEO: Devinctaque cultu
P ectora PRINCIPIBVS tot NUTRITORIBUS offer,
A c doctos morum ſanctè reverere MAGISTROS,
R e, votis, Hymniſque probans TE vivere gratam.
At Vos RECTORES ſtudioſæ Prolis, ut Aſtra
T antis qui Scholicam flammis diſtingvitis æthram,
J OVÆ ferte vices, reſidem formate Juventam,
O rci quo Lemures Alcidum more dometis;
S Ic Iſnacenſis FESTUM SECLARE Lycei

Juſtè

181. **ich habe das Brod vor den Häuſern genommen ſonderlich zu Eiſenach in meiner lieben Stadt:** Ad quæ verba Excell. Doct. Paulini Fautor meus enixè venerandns in Annal. Isnac. fol. 152. Viduam Conradi Cottæ Conſ. Isnac. piam Lutheri Sunamitem in plateâ Georgianâ habitantem laudat, ſed nomen non exprimit: Fuit ergò Urſula nata Henr. Schalbii Conſulis Ilefeldenſis filia, Matrona ut forma, ita moribus commendabilis, de qua utpote Hoſpita ſubinde Lutherus: **es iſt kein lieber Ding auf Erden/ denn Frauen-lieb wem ſie kan werden.** Prov. 21. 10. qua re ubi aliqui Papicolæ invenirentur, qui in deteriorem partem hæc arriperent, Noſtrates & in his Illuſtris Dn. Seckendorffius in Lutheraniſmo, quin & Doct. Ioh. Müller in defenſ. Lutheri c, 7. f. 90. itemque in defenſion. Defenſ. Luther. c. 7. p. 226. ſpurſis illis Agamis optimè reſponderunt: gratum v. animum erga Hoſpitæ filium Henr. Cottam itidem Civ. Patr, Isn. Couſulem in eo probavit, ubi anno 1540. & 1541. hunc menſæ ſuæ ad motum in numero Convivarum habuit, id quod Henrici Conſulis teſtatur uxor Catharina nata Aurbachia per Epitaphium in Eccleſiâ Isnacenſi primariâ ſvaſore M. I. M. appenſum: cui initium.

Hæc Catharina meis ſtatuo monumenta maritis &c. & paulopoſt
Henricus claro Cottarum ſanguine cretus & porrò
Ipſum ceu natum eſt complexus amore Lutherus
Fecit eum hoſpitii jure domuſque frui.

Cæterùm conſtat, Lutherum quoque Matrem nactum Lindemanniam ibidem nuptam Civem, Sororem Cyriaci Civis Isnac. Avique M. Cyr. Rect. Goth. id quod demonſtrabunt Nobiliſſ. olim TENTZELII HIST SAX. Amici mei in vivis honorandi Supplementa HIST. GOTH. Poſthuma imprimis v: ſupplem. 3. fol. 4. ubi citat. Dinckelium in Effigiem Cyr. Lindem. Rect. ſcribentem:

Huic Iſenacenſi genito patre, Patria Gotha
Lutherique parens ſanguine juncta fuit.

Quæ ſuppl: emtionis Contractu in manus Amici Chriſt. Wermuthi Sculpt. Sax. Goth. venerunt & ibi expectant beneficum Paraſtatem qui curet ea Typis imprimi: Sin aderit, non nemo Supplementorum ſupplementum S. Rerum Gothaicarum à duobus Hiſt. Sax. Excell. D. Sagittario & Tenzelio congeſtarum Appendicem, è variis Diplomatibus ac Mſtis publicæ dare Luci non renuet, imprimis ſi Prænobiliſſ. SENATVS GOTHAICI ob Typum impenſæ ac adjumentum accedant. Atque ex hac Lindemanniorum familia prodiit M. Cyr. Lindeman. Rector Gothanus gener D. Myconii Superint. Gothaici à Beato Luthero primi, cujus gener M. Cyr. Schnegaſſius Paſt. & Adj. Fridrichrodanus, itidem genero & Succeſſori Joh. Salzmanno Paſtori Fridrichrodano Dorotheam filiam Connubio junxit, & ob id in Myconio-Lindemannio-Snegaſſio-Salzmannianæ Familiæ encomium apponi meretur Epitaphium Joh. Salzmanni Paſtoris in Eccleſiâ Fridrichrodenſi propè Altare poſitum cum, ad hujus rei notitiam non parum proficiat, in verbis:

Rev. ac Doct. Dn. Joh. Saltzmann Paſt. Eccl. hujus per annos XL. Ludim. ann. XII. fil. Rev Dn. Jac. Saltzm. Paſt. in Vahnera majori Matre Cath. Keſſelr. in Matrim. duxit Virg. Dor. filiam Rev. Dn. M. Cyr. Schnegaſſii Paſt. Eccleſ. hujus per annos XXV. Sax. Vinar. Adj. Progener. VIII. Mag. nom. *Frid. Mycon.* & Gener. M. Cyr. Lindem. juncti Vinc. Conſangv. Clariſſ. Mart. Lutheri. Ex hâc Dorothea ſuſcep. fil: III. quor. Illius Chriſtoph. ſucceſſ. Rev. Dn. Avo & Patri per annos XXV. & filias VII. placidè in Chriſto obdormivit 23. Martii anno 1649. ætat. LXXV.

Dedimus curioſè omnia verba, quantum legi potuêre, è quibus apparet, Rectorem Lindemannum B. Lu-

the-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-717081-p0003-2

FK Ya 4359 x3047743 VD18

J uſtè proſequimur: Sic CELSI depluet OSTRI
G ratia pauperibus Muſis, fidisque Magiſtris,
N ec minùs à WARTBURG ſtabit ſine nube SERENUM,
I nque cadent Cives quot habent Bona, SIGNA GEORGI.
S icce coràm DOMINO ſunt JUBILA grata, PRECES que
GyMnaDos hæC CVrrat FestIs reparatIo sIgnIs.

thero vinculo Conſanguinitatis fuiſſe nexum, quæ res liquidum reddit, falſam eſſe illorum ſententiam ſtatuentium, non Lindemanniam ſed Ziegleriam fuiſſe Doct. Lutheri Genitricem. Omne ergò punctum tulit Præclariſſ. Dn. Rect. Isn. Iunckerus noſter τριπωτιθος, quod in Vita B. Lutheri nummis & Iconibus ab ipſo ad ſtuporem illuſtrata, hæc omnia acu qſ. tetigerit, ubiquæ deerant, per Epitaphium Salzmannianum duxi ſupplenda; Et ut micæ Lindemannianæ eæque Scholaſticæ hic etiam extent (cum intra breve vitæ ſpatium, ubi annô vitæ 46. vix completô Vir de Eccleſiâ & Scholis optimè meritus ſat maturè deceſſit, varia Literaturæ depoſita reliquit, inter quæ Periochæ ſ. Explicationes Epiſtolarum & Evangeliorum reperiuntur, quas ſi vitam largietur Deus, dierum noſtrarum Palmoni, publicæ Luci dabimus,) ſubjungo Hymnum ejus ſcholaſticum Orationi ejus parentali à Dinckelio inſertum & à nobis rudi licet Minerva inter Odas Domeſticas relatum cum inſcriptione Täglich geiſtlich Schul-Lied Jung und alter Lehr und Creutz-Schüler: Melod. Lobet den HErren alle die ihn fürchten/ Oder: Hertzliebſter JEſu/ was haſt du verbrochen/ ꝛc.

1.

O DEUS magni Fabricator orbis,
GOtt weiſer Schöpffer aller Welt und Enden
Der du gern nimſt Gebet von gläubgen Händen
Und deiner Kinder Geiſt-und Warheits-Lallen
Dir läſt gefallen.

2.

Da precor noctis Tenebris fugatis,
Hilff / da nun fleucht die Nacht und danckler Schatten/
Und unſrer Arbeit kömmt das Licht zu ſtatten/
Daß dir allein nur ſey und bleib ergeben
All unſer Leben.

3.

Tu reges mores animumque formes,
Schaff gute Wercke/ ſtärcke Muth und Sinnen/
Daß ſie/ was dient zu unſerm Heyl/ beginnen:
Und dich dem HErren Zebaoth hoch droben
preiſen und loben.

4.

Ut bonas Artes Duce Te ſequamur
Laß deinen Trieb nach/ Kunſt u. Fleiß uns üben/
Und der Welt Laſter-Weſen von uns ſchieben:
Dich aber/ in dem Erd und Pol ſich freuen/
Fürchten und ſcheuen.

5.

Chriſte, qui ſummo genitus Parente,
Chriſte/ der du von GOtt biſt GOtt gebohren/
Und unſre Menſch-und Kindheit dir erkohren/
Nicht wilſt daß unſrer Jugend Zeit und Jahre/
Sündlich hinfahre.

6.

Spiritu ſancto rege corda noſtra,
Herſch durch den Heilgen Geiſt in unſern Hertzen/
Daß es in deinem Lob brenn gleich der Kertzen/
Und dir/ als Gott u. Menſch der Tief und Höhe/
Zu Dienſten ſtehe/

7.

Fervidæ ne nos rapiant juventæ,
Steure der Jugend Hitz und Fleiſches Lüſten/
Dein Engel treib den Satan in die Wüſten/
Daß er durch gifftge Pfeil der Menſchen Sünde
Uns nicht entzünde.

8.

Rite ſic nobis peragatur ævum;
So wird das gantze Leben wohl vollendet/
Und unſer Fleiß mit Seegens-Frucht geendet/
Daß wir geſchickt in Chriſti Bluts-Verſühnen
Sind / dir zu dienen.

9.

Noſtra ſic Navis dubio periclo,
Und unſer Schifflein des Berufs von Wellen
Weit ümgetrieben in ſo ſchweren Fällen/
Wird in des Himmels Anfurt/ frey von Schlägen/
Ports und Ruh pflegen.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-717081-p0004-7

F. A. 25,70.

Ya 4359

MEMORIAM
SCHOLÆ ET GYMNASII ISINACENSIS
SECULAREM PRIMAM

Auſpiciis & Munificentiâ

SERENISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI,
DOMINI
IOHANNIS WILHELMI,

Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Angriæ & Weſtphaliæ, Landgravii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ, Principis Hennebergiæ, Comitis Marcæ & Ravensbergæ, Saynæ & Wittgenſteinii, Domini in Ravenſteina,

Principis ac Domini ſui Clementiſſimi,

SOLENNI CULTU RENOVATAM

puro Chronoſticho-Acroſtichicoque JUBILO

GyMnaDos hæC CVrrat FeſtIs reparatIo sIgnIs:

cui de Scholæ Iſnacenſis in Divum LUTHERUM meritis, ejusdemque in eadem Civitate Lin: maternæ Cognatione LINDEMANNIANA pauca quædam ex Hiſtoria patriâ annectuntur

adjecto Hymno M. CYR. LINDEMANNI Goth. olim Rectoris ſcholari

devotiſſimè colebat

IOH. GEORG IUNCKER,

Reipubl. Patr. Baldricoshuſanæ Conſul & Advocatus, nec non Judicii Eccleſ. ibid. Infer. Adſeſſor.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

anno quô

IsIDIs Vrbs sIt Fonte sChoLæ per teMpora fLorens. 1709.

GOTHÆ, Litteris Reyherianis.